

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 3: De periculosis Caput 46: De vita (6)

Idem (Augustinus), *de Verbis Domini*:

Non sunt mali dies, quos agimus in  
corruptela hujus carnis,

inter tantas difficultates, ubi falsa  
voluptas, nulla gaudii securitas, timor  
torquens, cupiditas avida, tristitia arida?  
Ecce quam mali dies, et  
tamen

rogant Deum homines, ut diu vivant.  
Quid est autem diu vivere,  
nisi diu torqueri?

Non sunt ergo dies mali quos agimus  
in corruptela hujus carnis,  
in tanta vel sub tanta sarcina corruptibilis  
corporis, inter tantas tentationes,  
inter tantas difficultates, ubi falsa  
voluptas, nulla securitas gaudii, timor  
torquens, cupiditas avida, tristitia arida?  
Ecce quam malos dies: et  
nemo vult finire ipsos malos dies,  
multumque hinc  
rogant homines Deum, ut diu vivant.  
Quid est autem diu vivere,  
nisi diu torqueri?

Augustinus Hipponensis, *De scripturis  
sermones*, 84.1.2 (PL 38, col.519-520).